



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XXXIII. Papst Urban recommandirt den Mathias von Honow dem Bischofe von Brandenburg zur Versorgung mit einem geistlichen Lehne, am 28. Nov. 1362.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

genſis ac medietatem earum eis ſolvat. Actum et datum in caſtro noſtro Sejezer noſtre dioceſis anno domini M^o. CCC^o. ſexageſimo ſecundo, die Jovis, nona decima menſis Januarii noſtra ſub ſigillo.

Nach dem Originale des Domſtifts Brandenburg.

XXXII. Erkenntniß des Hofrichters zu Berlin, Henning Feldberg, in Sachen der Wittve Michels von Schlabberdorf wegen ihres Leibgedinges zu Düroß, vom 4. Juli 1362.

Wy Hennigh veltberch, eyn hóuerichter des Hochgheborn vorſten hern Ludewighes, Marggraue tu Brandenborch vnd tu Luſitz, Bekennen openbar allen Luden in deſſem Briſ, Dat vor vns is ghewefen in gherichte tu olden Berlin Michils wif von Slaberſtorp, den god ghenade, an eyne half, vnd Betke velkenern, Borger tu Spandow, an dy ander half, vmme dat gud, dat dar leyt in deme dorpe tu duratz, dat dar lopt vp dry winſpel Roggen, ane viſ Schepel, Dat dy vorbenumde vrowe andedingede vor or liſghedinghe. Des heft Betke velkener dat gud vorantworden vnd irvolget vor gherichte myt alleme rechte vnd dy vorbenumde vrowe nederuellich wart vor gherichte vnd ſy des gentzlik vorteth vnd vplyt myt vinger vnd myt tunghe vor gherichte, myt guden willen, alfo dat ſy engene anſprake wolde mer daran hebben. Des heb wi Betkene velkener vorbat dar vp eynen vreden vpghevracht, alfo alz myns heren man vunden hebben vor eyn recht. Dy tuch deſſer dyng ſynt Jan von Selchow, Tylo Brugghe, Hennig von Schonenelde, hans velf, kerſten duſeken, Melez von Brytzik, Copken Dypenſe, Rulof kraz, Claws Ronnebom, vranke ruthenik vnd vele ander guder Lude, dy ordel vnd recht vt vnd in ghedragen hebben. Ghegeuen nach godes ghehort drutteyn hundert Jar in dem twe vnd feſtichſten Jar, des Dynſtages am Sunthe pawels daghe, Beſegelt myt des gherichtes ingeſegel.

Nach dem auf dem Rittergute Bredow befindlichen Original, woran das Siegel ſieht.

XXXIII. Papſt Urban recommendirt den Mathias Honow dem Biſchofe von Brandenburg zur Verſorgung mit einem geiſtlichen Lehne, am 28. Nov. 1362.

Urbanus, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Brandenburgeniſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Conſtitutus in preſentia noſtra dilectus filius Mathias Honow pauper clericus tue dioceſis, nobis humiliter ſupplicavit, ut eum ipſe, ſicut aſſerit, beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtineat, provideri ſibi de benignitate apoſtolica mandaremus. Quia igitur illi ſunt ad eccleſiaſtica beneficia promovendi, quibus mores et ſcientia ſuffragantur; Cum idem clericus, quem per certos examinatores ſuper hoc deputatos a nobis de literatura examinari fecimus diligenter, inventus ſit in illa convenienter idoneus ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum; nos de vita et converſatione ipſius clerici notiam non habentes, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de his ſolenter inquirens, ſi eum vite laudabilis et honeſte converſationis eſſe repereris, et aliud eccleſiaſticum

beneficium non obtineat, aliudque canonicum non obstat, ei de aliquo ecclesiastico beneficio, secundum sue probitatis merita competenti, cum cura vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, spectanti communiter vel divisim ad collationem vel presentationem dilectorum filiorum Prioris, Prepositi et Capituli ecclesie Brandeburgensis ordinis Premonstratensis, si quod in civitate vel diocesi Brandeburgensi vacat ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, per te vel alium seu alios provideri procuret, inducens eum in corporalem possessionem ejusdem beneficii et defendens inductum, ac faciens ipsum ad illud (si in ecclesia collegiata, secundum distinctionem inferius annotatam, extiterit) postquam de ipso vacante sibi provisum fuerit, in canonicum recipi et in fratrem; non obstante si aliqui (nostra vel predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum auctoritate) hujusmodi beneficia (ad dictorum Prioris, Prepositi et Capituli collationem vel presentationem spectantia) tam in hujusmodi pauperum, quam alia quacunq[ue] forma provisum expectent, Quibus omnibus, (preterquam auctoritate nostra hujusmodi beneficia expectantibus) dictum clericum in affectione hujus beneficii volumus anteferi; sed nullum per hoc eis, quoad affectionem aliorum beneficiorum prejudicium generari, Aut, si aliquibus de beneficiis ecclesiasticis ad dictos Priorem, Prepositum et Capitulum spectantibus, per nostras litteras sit provisum, seu si eisdem Priori, Preposito et Capitulo, vel personis ipsius ecclesie in qua sibi provideri contigerit, a sede apostolica sit indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, vel quod de beneficiis ad eorum collationem vel presentationem spectantibus non possint aliquibus provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, sive qualibet alia prefate sedis indulgentia cujuscunq[ue] tenoris existat, per quam effectus presentium impediri valeat vel differri, et de qua in nostris litteris mentionem oporteat fieri specialem, contradictores, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Ita tamen quod idem clericus, prout requiret onus beneficii de quo provisum fuerit, ad ordines se faciat, statutis temporibus promoveri, et personaliter resideat in eodem. Mandatum nostrum in hoc taliter impleturus, quod in eo impendisse lauderis misericordiam pauperi et obedientiam mandatori. Volumus autem quod omnes alie littere a sede predicta vel ejus legatis, seu quibuscunq[ue] aliis obtente, nec non promissiones et obligationes a quibuscunq[ue] personis facte, super ipsius clerici provisione, sint invalide omnique careant firmitate. Ceterum districtius inhibemus ne prefato clerico auctoritate presentium in cathedrali aliquatenus provideatur ecclesia, vel de cujuslibet ecclesie collegiate prebenda, vel alio ecclesiastico beneficio sine cura, cujus redditus et proventus annui quindecim marcarum argenti summam, sive de aliqua parrochiali ecclesia, vel aliquo ecclesiastico beneficio curam animarum habente, cujus redditus et proventus viginti marcarum argenti annuam quantitatem excedant. Valorem autem annuum hujusmodi reddituum et proventuum declaramus et haberi volumus estimatum, prout de illis secundum taxationem vel et per decimam est amplius perfolutum. Nostre tamen intentionis existit, quod de hujusmodi beneficio, etiam si minoris quam predicatur valoris extiterit, possit eidem clerico, si illud infra unius mensis spatium, postquam sibi de ipsius beneficii vacatione confiterit, et acceptare voluerit, provideri, prefatis enim Priori, Preposito, et Capitulo, ne post insinuationem presentium et processum per eas habitum eis factam, de ipso beneficio interim etiam ante acceptationem hujusmodi disponere quoque nomine presumant, districtius inhibemus, decernentes irritum et inane si secus super premillis a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari. Datum Avinione IV. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

Nagy Gerden's Stifts-Geschichte von Brandenburg S. 576-579.